



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

23. An Confessio sit præmittenda antequam Parochus inungat moribundum? Et an sit peccatum mortale conferre Sacramentum Extremæ-Vnctionis infirmo, antequam susceperit Sacramentum Pœnitentiæ, & ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

possit absolui, non possit etiam illi præberi Eucharistia propter periculum vomitus, huic ita necessaria est Extrema-Vnctio, vt sine illa sit in æternum periturus, cum illa saluandus, vt est omnino probabilius: ergo potest occurrere mortalis necessitas adhibendi plures Ministros huius Sacramenti. Ita Præpositus ubi supra, num. 39.

3. Sed licet hæc sint satis probabilia, obseruat tamen Ludouicus Maratius in D. Thom. tom. 3. tract. de Extrem. Vnct. disp. 10. sect. 2. num. 8. cum non sit certum, vt visum est, Sacramentum Extremæ-Vnctionis sic à duobus ministratum validum esse, si contingeret Sacerdotem, qui cepisset infirmum vngere, mori antequam omnes vnctiones absolueret, alteri licitum esse vnctiones à principio petere, perinde atque si prior ille nihil earum inchoasset. Id Theologi docent communiter. Et ratio est, quia id infirmo multo est vtilius, cum sic Sacramentum certissime recipiat; fateor tamen S. Thomam in citata ad tertium responsione videri sentire id esse illicitum, & posteriori Sacerdoti esse progrediendum in eo, quod prior inchoauit, quod proculdubio intelligendum est, dum mora inter singulas Vnctiones facta à duobus interposita tanta non esset, vt obstatè posset validitati Sacramenti, si perfectè omnes ab vno fuissent. Hæc Maratius.

RESOL. XXII

An in aliquo casu licitè possint plures Sacerdotes ministrare simul Extremam-Vnctionem, alicui moribundo?

Et an satis sit in administratione huius Sacramenti vnã guttam olei stillare? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 88.

Sup. hoc in Ref. præceterita §. 2. in fine, vers. Potest. & in §. seq. & supra in Ref. 13. §. Notandum est, ad mediũ vers. Imo, & præsupposito in principio huius Ref. pro validitate huius Sacram. in §. ult. huius not. in eius principio.

§. 1. SÛppono cum Tannero tom. 4. disp. 7. quest. 1. dub. 3. num. 85. & Maratio in D. Thom. tom. 3. tract. de Extrema-Vnctione, disp. 10. sect. 1. num. 1. quicquid in contrarium non bene asserat Turrianus in summa, part. 2. cap. 135. dub. 2. conclus. 1. validum fore hoc Sacramentum si plures Sacerdotes ita inter se conuenirent, vt dum vnus oculos inungit, formamque profert isti Vnctioni respondentem, alter nares inungeret, formamque proferreret, tertius nares, & ita de cæteris sensibus, nam inter has parciales vnctiones nullus est ordo essentialis, id est, necessarius ad validitatem Sacramenti. Ita Maratius, qui tamen subdit hunc modum ministrandi Extremam Vnctionem esse illicitum, & quodd nulla vnquam potest esse eius necessitas.

2. Sed ego puto posse interdum esse necessitatem, & ita non solum validè, sed etiam licitè modo, quo supra, ministrari aliquando hoc Sacramentum, & ita docet Præpositus in 3. part. quest. vnice. de Sacram. Extremæ-Vnctionis, dub. 5. num. 37. vbi sic ait. Aliquando licitè plures possunt concurrere ad confectionem huius Sacramenti, non solum in casu si minister deficiat antequam perfecit omnes vnctiones, sed etiam quando periculum esset ne hoc Sacramentum relinqueretur imperfectum, eo quod ægrotus agat animam. Ita ille, cui adde Suarez tom. 4. disp. 44. sect. 2. num. 8. Barbosam de officio Paroctorum, cap. 22. num. 9. Filliucium tom. 1. tract. 3. cap. 5. num. 94. Villalobos in summa, tom. 1. tract. 10. diff. 6. num. 4. & Victorellum tract. de Extrema-Vnctione fol. 74.

Sup. hoc supra in Ref. 6.

3. Notandum est etiam hic obiter secundum Suarez tom. 4. disp. 40. sect. 2. num. 4. satis non esse in ministracione huius Sacramenti vnica guttam olei stillare, quia id vel non est vngere, vel certè est

res aliquo modo dubia, sed oportere partem corporis oleo linite aliquid per illam distendendo, hoc enim est propriè, & in rigore vngere. Sed hoc imo probat, & meritò, Tannerus tom. 4. disp. 7. quest. 1. dub. 3. num. 16. & si diffusio olei necessaria esset, sicut ampulla olei facillè breui vacuaretur & vno loquendo, & operandi: quavis enim etiam gutta olei ad veram vnctionem aliquantè partis corporis sufficit, vt etiam in Confirmatione ob balsami raritatem parcissima vnctio adhiberi solet, nec plus in Ritibus exigitur. Vnde non est audiendus Marchinus de peste, part. 3. cap. 6. num. 14. & Filliuc. tom. 1. tract. 3. cap. 4. n. 78. asserentes non satis esse vnã olei facili guttam in membro pestiferato stillare.

RESOL. XXIII

An confessio sit premitenda antequam Parvulus inuagat moribundus?

Et an sit peccatum mortale conferre Sacramentum Extremæ-Vnctionis infirmo, antequam susceperit Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistia? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 92.

§. 1. RËspondeo quodd confessio non est necessaria præmittenda, quantum est ex ordine Sacramentum, nam ad dignè suscipiendum satis est ad summum contritio, vel attingo parua contritio, aliunde tamen potest esse obligatio, vt in post viaticum peccasset mortaliter, & post vnctionem timeretur tempus defuturum pro confessione, tunc enim hæc præmittenda esset, & absoluenda perfectè, etiam si tempus elaboraretur pro vnctione, prius enim sumenda sunt Sacramenta necessaria, & deinde vtilia. Et hæc omnia docet Filliucius tom. 1. tract. 3. c. 5. n. 114. vnde ex his putat Barboza de off. 7. n. vbi, c. 22. n. 36. non esse peccatum mortale conferre Sacramentum Extremæ-Vnctionis infirmo, antequam susceperit Sacramentum Pœnitentiæ, & Eucharistia, quia infirmus potest per contritionem se disponere ad suscipiendum hoc Sacramentum, tum quia aliquando fieri potest, vt quis recipere possit Extremam-Vnctionem, non verò Pœnitentiam, vel Eucharistiam, vt quando aliquis patitur vomitus, aut ita repentè morbo præuenitur, vt non dectur ligna Sacramenti Pœnitentiæ. Nec etiam delinam hic apponere verba Henrici Villalobos tom. 1. tract. 10. diff. 5. n. 3. vbi sic ait. [Tampoco es necesario recibir la comunion antes de recibir este Sacramento, que no ay precepto dello, aunque ordinariamente se haze assi. Mas caso podria auer, en que conuiniere darle la Extrema-Vnction primero, como si huviera peligro de la vida, y no se pudiese traer tan presto el Sacramento de la Eucharistia.] Ita ille.

RESOL. XXIV

An sit absolueendus moribundus, qui non vult recipere Extremam-Vnctionem?

Ex quo inferitur esse peccatum mortale omittere ex negligentia gratis Sacramentum Confirmationis?

Et cursum queritur, an sit præceptum sumendi Extremam-Vnctionem, tempore mortis? Ex part. 5. tract. 3. Ref. 97.

§. 1. VÏdetur negatiuè respondendum ex auctoritate Scoti in 4. disp. 7. quest. 2. Richardi art. 5. quest. 1. Vñ adensis de Sacram. tom. 2. cap. 11. & Petri Soti lect. 2. asserentium esse peccatum mortale

ANTO  
Opera  
Tom. 10  
E III